

DECRETA
PROVINCIALIS
SYNODI HYDRVNTINAE,
PRAESIDENTE IN EA ILLVSTRI,
ET REVERENDISSIMO

Domino Petro Antonio de Capua.

MISERATIONE DIVINA, AC SANCTÆ
Sedis Apostolicæ gratia Archiepiscopo Hydruntino,
celebratæ de Mense Septembri. M. D.
LXVII. Hydrunti.



R O M A E,
Apud Iulium Accoltum.
M. D. LXIX.

Coll Soc. Iesu Salamanca ex libris Regum.



P E T R V S A N T O N I V S
D E C A P V A D E I E T A P O S T O -
L I C A E S E D I S G R A T I A
A R C H I E P I S C O P V S

H Y D R V N T I N V \$

Prouinciae nostræ fidelibus salutem in Domino.



V M A N I generis culpam ita uincit benignitas, & clementia Dei Opt. Max. ut quotidie maiora erga nos merita conferentur. uerum ex diuinis muneribus, quorum, aut numerum aut magnitudinem aslequi uix humana mens potest, nullum esse præstantius, aut salutarius Tridentino Concilio, inter omnes constat. Nos igitur, quod eius Concilij decreto sanctum est, ut Synodi Provinciales ad ea corrigenda, quæ salutem animarum in discrimen adducunt, ex ueteri consuetudine celebrarentur, id præ stare conati sumus coacta synodo, inuocata ope diuina, ex communi consilio Episcoporum, eorumque omnium, quibus dicendæ sententiæ potestas fuit, ea decernere studuimus, quæ Prouinciam nostram uniuersam in optima uitæ disciplina, in obseruantia catholicæ Ecclesiae, in rectissimo denique ad æternam felicitatem, cursu perpetuo continerent, ea quo facilius communicarentur inter omnes, dedimus operam, ut impræssa emitterentur. Et quoniam uestra nobis salute nihil

A 2 est

IN NOMINE SANCTAE
ET INDIVIDVÆ
TRINITATIS.

Patris, & Filii, & Spiritus sancti.



OS PETRVS ANTONIVS DE CAPVA,
DEI, ET APOSTOLICÆ SEDIS GRA-
TIA, ARCHIEPISCOPVS HYDR VNTI-
NVS. de consilio, & assensu Reuerendissi-
morum Dominorum Coepiscoporum no-
strorum, qui ad laudem, & gloriam Dei in hanc Prouincia-
lem Synodum legitime conuenerunt, hæc quæ sequuntur,
statuimus, & ordinamus.

DE PROFESSIONE FIDEI.

Cap. i.



N NOMINE Sanctæ, & indiuiduæ Trinita-
tis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, sancta haec
Synodus Provincialis Hydruntina legitime con-
gregata, Patrum exemplum in hoc sequuta, an-
te omnia statuit, & decreuit, præmittendam ef-
se confessionem christianæ, catholicæq; fidei, ueluti ignitum
clypeum, & salutis galeam contra omnes hæreses, aliaq; dog-
mata ipsi fidei aduersantia, quæ cum una sit, eandem una
oris confessione iuxta formam in Bulla Fe. re. Pii Quarti tra-
ditam, in hunc qui sequitur modum profitetur.

Credimus, & profitemur omnia, & singula, quæ continen-
tur

Synodi Hydruntinæ 43
Cap. vi.

PO S T R E M O omnia , & singula quæ in hac sacra Sy-
nodo decreta actaque sunt. Beatisimi Romani Ponti-
ficiis , & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ matris , & magistræ
semper emendanda, & corrigenda, qua debemus obedientia,
ac reuerentia, auctoritati subiicimus. Laus Deo.

FINIS.

SERIES CHARTARVM.

A B C D E F G H I K L M.

Omnès sunt Quaterniones.

R O M AE,

Apud Iulium Accoltum.

M. D. LXIX.